

Orani.

199-1

P0323/1

Sentencia dada por el Consejo supremo de Ara-  
gon en 9 de Set.<sup>bre</sup> de 1594 en el Oficio de Suplicacion,  
por D.<sup>a</sup> Margarita de Borja, tutora y curadora de D.<sup>a</sup> Ana  
de Portugal su hija, en que se declaró contra D. Pedro  
Mora, que las villas de Monovar, Chivora y Fuente  
de la Higuera, no fueron comprendidas en el vinculo  
de D. Pedro Mora el Barbudo, imponiendole por perpetuo  
silencio en esta parte.

Leg.<sup>o</sup> . . . . . 2.

Num.<sup>o</sup> . . . . . 1.

1574

Attento quod pro parte D. Florentii de Portugal et Domne  
 Margarite de Borja Tuticius et Curatarius persona et bonorum  
 Domne Anne de Portugal Filia et heredis vice D. Florentii de  
 Portugal et Beatricis de Ves et de Cascant non sunt talia  
 deducta probata et allegata in huiusmodi supplicationis  
 processu quoad Loca de Monnoy Novela et la Ulla et alia  
 bona in Fideicomisso apposite in testamento D. Petri Ma-  
 ca Barbati nuncupati comprehensa et in petitione oblata  
 pro parte D. Petri Maca olim D. Joannis Maca actoris  
 contenta propterque sententia per nostrum Locumtenen-  
 tem generalem Regni Valencia lata die vigesimo nono  
 mensis Julij anni millesimi quingentesimi septuagesimi  
 et in favorem vice D. Petri Maca actoris et contra dictum  
 D. Florentium de Portugal et Beatricem de Ves et de Cascant  
 revocari seu in melius commutari valeat. Ita citis et aliis  
 pronuntiamus sententiamus et declaramus bene fuisse cum  
 dicta sententia quoad supra dicta Loca et bona pronun-  
 tiatum et declaratum per dictum Locumtenentem nostrum  
 et male pro parte dicti D. Florentii et Beatricis de Ves sup-  
 plicatum dictam sententiam quatenus oporteat confir-  
 mando respectu dictorum locorum et bonorum.

Quo vero ad Loca de Monnoy et Chinasa contenta etiam  
 in petitione oblata per dictum D. Petrum Maca olim D.  
 Joannem Maca actorem. Attento quod ex tenore ac ver-  
 bis testamenti dicti D. Petri Maca senioris Barbati nun-  
 cupate recepti per Petrum Pons Notarium die decimoquin-



to mensis Januarij anni millesimi quadringentesimi quadra-  
gesimi octavi constat predictam testamentam legasse D<sup>no</sup> Joan-  
ni Fran<sup>co</sup> Maça eius Filio dicta Loca de Monnova et Ci-  
nosa sub modo forma conditionibus et Clausulis apposis  
in quædam donatione de predictis locis eadem facta, et post  
factum dictum legatum ac alia per eum disposita in om-  
nibus aliis bonis suis instituto herede Universalis D<sup>no</sup> Ludo-  
vico Cornelli eius Filio opposuisse Vinculum et Fideicommi-  
sum in favorem aliorum Filiorum illorumque descenden-  
tium pro ut latius in dicto Testamento et Clausula heredi-  
taria continetur. Perque verba dictæ Clausulæ in omnibus  
aliis bonis manifesta et clara Cõligata mens et Voluntas  
dicti D<sup>ni</sup> Petri testatoris quod in Infructuone et Substitu-  
tione de omnibus aliis bonis suis predicta Loca dicto D<sup>no</sup>  
Joanni Fran<sup>co</sup> Maça eius Filio legata non comprehen-  
dantur sed ea libera remaneant ac uti separata à præ-  
dicto Vinculo et Fideicommissio sub eo non includantur.  
Neque in predicto Fideicommissio contineri debent nisi ea  
bona quæ testator comprehendere voluit cum eius Voluntas  
premaxime attendi debeat quæ manifestissima deprehen-  
siva ex verbis ipsius Testamenti quod predictam Fideicom-  
missum constituerit in alijs bonis et non in ijs quæ iam  
legata erant et de quibus specialiter et particulariter antea  
disposuerat, neque predicta Verba Fideicommissi Universa-  
lis apta sunt ad comprehendendum legatum factum D<sup>no</sup>  
Joanni Fran<sup>co</sup> qui heres non fuit D<sup>ni</sup> Petri testatoris, neque  
in bonis eadem legatis aliquo gravamen reperitur appositum.

Attento etiam quod licet prædictus D<sup>no</sup> Petrus testator lega-  
verit D<sup>no</sup> Joanni Fran<sup>co</sup> eius Filio dicta Loca sub modo for-  
ma, conditionibus et Clausulis apposis in quadam  
donatione eadem facta de dictis locis de qua in præsen-  
ti processu aliter quam per assercionem dicti Testato-  
ris facta in prædicto legato non constat, sitque possibi-  
le conditiones apositas in prædicta donatione fuisse eas-  
dem sub quibus eadem testator donationem fecerat D<sup>no</sup> Lu-  
dovico Cornelli eius Filio de Locis de Monnova et  
la Uola tamen præsumendum non existimamus ad  
imponendum onus et gravamen dicto D<sup>no</sup> Joanni Fran-  
cisco legatario in prædictis locis eadem legatis et ubi  
presumptionibus esset agendum verisimilius est prædic-  
tas conditiones relatas esse easdem cum conditionibus  
apposis per eundem D<sup>no</sup> Petrum Darbatum in legato  
de eisdem locis facto D<sup>no</sup> Petro Maça eius Filio in alio tes-  
tamento postea revocato cui legaverat dicta loca cum  
eius factis et conditionibus ibidem descriptis non ta-  
men ut Fideicommissio perpetua essent suppositæ, sed  
ut et ac alijs filijs suis sive filijs descendensibus ad D<sup>no</sup>  
Franciscum Maça fratrem testatoris dicta Loca rever-  
terentur ut libere de illis posse disponere, nec muta-  
re ac Voluntas est presumenda nec credendum alias fu-  
isse appositæ conditiones D<sup>no</sup> Joanni Francisco quam  
D<sup>no</sup> Petro jam prænotatis in donatione dictorum Locorum  
cum eadem sit ratio Voluntas et affectionis in uno que  
in alio et licet prædictum Testamentum revocatum fue-

rit per hoc ultimum à dicto testatore conditionem tamen  
satis aperta ex eo ostenditur Voluntas ipsius que et  
qualis fuerit circa medium et formam legandi et elin-  
quendi hæc Loca filijs suis et an voluerit ea suppo-  
nere eisdem Vinculis et conditionibus quibus cetera  
bona sua subiecit cum ex actu nullo et invalido  
laetetur Voluntas et intentio dubia Testatoris; et  
quia de modo et forma conditionibus et Clausulis in  
oratione appositis ad quas in legato recitit se tes-  
tator hætenus non apparuit nec eis in presenti  
processu fuit facta fides dictum legatum purum apud  
ipsum legatarium et eius heredes remanere debet cum  
ex prædicta relatione aliqua incertitudo relicta non re-  
sultat nec dispositio testatoris indeterminata rema-  
neat respectu rei legata vel aliquid ex Substantia  
libus illius et ubi prædictum legatum instite reddetur  
quia de conditionibus in eo relatis non aparet dicta  
tamen Loca penes ipsum heredem manere debent  
libera et exempta à prædicto Vinculo et Substitucio-  
ne propter Claram et apertam mentem Testatoris  
separantis bona legata ab alijs bonis dicto Fideicom-  
misso Universalis subiectis. Neque ex eo quod in præ-  
senti processu apereat D<sup>r</sup>. Petrum Illaga de Bello  
nuncupatum nepotem dicti Testatoris aliosque des-  
cendentes et Successores illius vocatos ad prædicta bona  
ex Fideicommisso apposito in testamento D<sup>r</sup>. Petri Bar-  
bati possidere dicta Loca legata una cum alijs bonis

dicti Testatoris Vinculis et Fideicommisso subiectis fun-  
data videtur intentio dicti D<sup>r</sup>. Petri Illaga actoris cu-  
ca præsumtum Fideicommissum in prædictis Locis lega-  
tis Cum Sufficienter non constet dictum D<sup>r</sup>. Petrum de  
Bello aliosque descendentes dicta Loca possidere Jure  
Vinculi et Substitucionis apposite in prædicto Testamen-  
to D<sup>r</sup>. Petri Barbati quod necessarium videbatur ad  
hoc ut ex consuetudine possidendi inter prædictos descen-  
dentes inferri possit Loca etiam legata prædicto Fidei-  
commisso esse supposita; Imo quia ex Senio et teno-  
re prædicti Testamenti et Clausula hereditaria apparet  
prædicta Loca legata non potuisse recedere in Fideicom-  
misso Universalis aliter non constato de conditioni-  
bus relatis in Clausula legati nec ea prædicto D<sup>r</sup>. Petro  
et Successoribus suis potuisse pertinere ex dicto Fidei-  
commisso dicendum est per dictum D<sup>r</sup>. Petrum fuisse  
possessa ut heredem dicti Testatoris vel tanquam legata  
D<sup>r</sup>. Joanni Francisco et ei vel heredibus suis restituen-  
da. Nec etiam sententia lata per Justiciam in Auri-  
bus Regni Valentia die duodecimo Junij anni mille-  
simi quadringentesimi sexagesimi quinti cum qua  
fuit declaratum omnia bona dicti D<sup>r</sup>. Petri Barbati tes-  
tatoris Jure Vinculi et Substitucionis apposite in eius  
testamento pertinuisse et pertinere dicto D<sup>r</sup>. Petro de Be-  
llo nepoti dicti Testatoris per matrem D<sup>r</sup>. Ludovicum Cor-  
nell et aliorum primo loco vocatum supragari in ali-  
quo poterit dicto actori circa Loca legata quia licet ex

predicta sententia et declaratione resultet bona hereditaria  
dicti D<sup>ni</sup> Petri Barbati ex Fideicommissis appositis in eius  
testamento pertinere D<sup>no</sup> Petro & Bello non tamen in dic-  
ta sententia continentur dicta loca legata esse hereditaria  
et in Fideicommissis comprehensa. Neque ex eo quod  
post predictam sententiam et declarationem loca lega-  
ta fuerint descripta per D<sup>nos</sup> Petrum & Bello in inventa-  
rio per eum facto de bonis et hereditate testatoris fa-  
teri videtur dicta loca esse dicto vinculo et Fideicommi-  
so supposita sicut et opera bona testatoris, nam cum  
haec loca essent D<sup>ni</sup> Petri Barbati et ea possideret tem-  
pore testamenti et eius mortis licet legata fuerint D<sup>no</sup>  
Iohanni Francisco eius filio, tenebatur D<sup>ns</sup> Petrus haec  
testatoris nisi vellet sibi praeiudicium inferre ea pone-  
re et describere in Inventario tanquam bona testato-  
ris licet legata eius filio sicut et omnia alia etiam  
aliena forte deposita vel comodata si tempore mortis pos-  
sidebat tenebatur describere, neque talis descriptio cam-  
nosa debet esse si ne praedicialis suis hereditibus cum  
legitimi factum penam non mereatur praesumptione,  
cum talis descriptio facta fuerit praesentibus pluribus  
protestationibus tam specialibus quam generalibus quo-  
rumcumque Iurium reconventus tam agens quam defen-  
dendo ut ex acceptatione hereditatis Barbati et ex predicto  
Inventario facto per D<sup>nos</sup> Petrum & Bello apparet tum  
etiam quia praedicta confessio quae resultare potest ex des-  
criptione dictorum locorum non videtur clara, certa, et aper-

ta pro ut debebat esse ut dicit D<sup>ns</sup> Pico et suis Successoribus  
nocere possit nec fuit principaliter facta sicut dicitur  
eo dicta loca fuisse in bonis et hereditate testatoris et vin-  
culo et Fideicommissis in suo testamento appositis Subiec-  
ta sed incidenter et ex natura actus Inventarii et descriptio-  
nis facta de dictis locis quae aliquo modo praedicia-  
re non debet. Attento etiam quod etsi ex praedicta des-  
criptione locorum facta in Inventario resultaret cla-  
ra et aperta confessio non tamen noceret nec aliquod  
praeiudicium afferret dicto D<sup>no</sup> Petro Bello et Successoribus  
cum dicta confessio sit canonica et facta tam per exco-  
municatum quam Iuris cum ex testamento dicti D<sup>ni</sup> Petri  
Barbati testatoris ad quod habita fuit relatio per D<sup>nos</sup> Petrum  
& Bello in acceptatione hereditatis et in Inventario per  
eum factis constat praedicta loca non esse vinculata nec  
ea pertinere dicto D<sup>no</sup> Petro Iure Fideicommissi sed ea esse

Id est standum et  
unitati nam per auctorem legatum D<sup>no</sup> Iohanni Francisco, et consequenter consilio et ve-  
ritate in contrarium non nocet nec nocere potest [consilium  
debet nec exco<sup>municatio</sup> Fideicommissum quod non fuisse factum a Testatore  
Confessio potest  
constat et cum praedicta acceptatio hereditatis ac Inventari-  
um factum per D<sup>nos</sup> Petrum & Bello habeant relationem  
ad testamentum D<sup>ni</sup> Petri Barbati assertio in eisdem fac-  
ta non potest operari nisi quatenus in illo testamento  
reperitur. Attento etiam quod praedictus D<sup>ns</sup> Petrus Ullaga  
olim D<sup>ns</sup> Joannis Ullaga qui actor existit clare et aperte  
tenebatur probare dicta loca legata esse restrictioni sub-  
iecta et vinculo et Fideicommissis appositis in Testamento D<sup>ni</sup>

fieri illaqa Barbata supposita et quod cum Fideicommissum  
si onus non debet cenceri inhiatum nisi vel verba id  
exprimant vel nisi mens manifestissima testatoris id  
necessario inferat et ubi in dubio essemus semper debet  
fieri interpretatio contra Fideicommissum pro libertate  
bonorum, Et cum his et omnibus alijs attentis fundata  
non videatur intentio dicti D<sup>ni</sup> Petri Illaga actoris, et ac-  
tore non probante reus debeat absolvi. In casu et alijs  
pronunciamus, sentenciamus, et declaramus bene fuisse  
supplicatum pro parte D<sup>ni</sup> Ferreii de Portugal et Beatri-  
cis de Ves et de Cascant a sententia lata per nactuum  
Locumtenentem Generalem Regni Valentie dicto die  
vigesimo nono mensis Julij anni millesimo quingen-  
tesimo septuagesimo, ac minus bene cum ea declara-  
tum intentionem D<sup>ni</sup> Petri Illaga olim D<sup>ni</sup> Joannis  
accusa quo ad dicta loca esse fundatam, de Jure proce-  
dere ad locum habere; et reformando dictam senten-  
tiam in melius declaramus, dicta loca de Monover  
et Chinesa legata D<sup>no</sup> Joanni Francisco Illaga non re-  
calisse nec recedere in Vinculo et Fideicommissis appo-  
sitis per D<sup>ni</sup> Petrum Illaga Barbatum testatorem in suo  
Testamento nec ea venire sub predicto Fideicommissis  
dictam Domnam Margaritam de Borja tutricem et  
Curatricem persona et bonorum Domne Urraca de  
Portugal et Beatricem de Ves et de Cascant absolven-  
do pro ut cum presenti absolvimus pro illarum interes-  
se ab impetibus per D<sup>ni</sup> Petrum Illaga actorem eodem quo-

ad partem in vicis duobus locis eas contingentem  
perpetuum silentium imponendo pro ut cum presenti  
imponimus.

Quo vero ad locum Fontis de la Figuera contentum eti-  
am in petitione oblata per D<sup>ni</sup> Petrum Illaga olim D<sup>ni</sup>  
Joanne Illaga. Utteno quod ex mentis presentis Ins-  
tantie supplicationis et per acta et instrumenta anti-  
qua noviter producta in presenti processu tam pro par-  
te D<sup>ni</sup> Ferreii de Portugal et Beatricis de Ves et de Cas-  
cant quam etiam pro parte dicti D<sup>ni</sup> Petri Illaga act-  
oris quibus propter eorum antiquitatem et alias scari  
debet subsequenter constat dictum locum non fuisse  
in bonis et hereditate D<sup>ni</sup> Petri Illaga Barbata tempore  
testamenti vel eius inactis sed multo ante Conditum  
per cum testamentum fuisse per illum et Domnam  
Briandam Cornell eius uxorem alienatum et tradi-  
tum D<sup>no</sup> Francisco Illaga eius fratri Constat etiam  
predictum locum ex certis titulis pervenisse in D<sup>no</sup>  
Francisum Illaga filium naturalem dicti Don Fran-  
cisci Illaga fratris testatoris pro cuius debitis et obli-  
gationibus et ut bona illius Constat fuisse venditionem  
per Curiam Gubernatoris Regni Valentie ac mediante  
dicta venditione et ex alijs Titulis et legitimis titulis  
pervenisse in D<sup>no</sup> Petrum Illaga Junius eunque effec-  
tum fuisse Dominum et possessorem dicti loci si que  
subsequenter constat non recedisse nec fuisse compe-  
hensum in fideicommissis appositis per dictum D<sup>ni</sup> P<sup>et</sup>ro:

tum Alaca Barbatum in suo testamento sed uti ab eo  
separatum ex alijs titulis et Causis fuisse possessum  
per dictum Dr. Petrum Juniozem suosque heredes et suc-  
cesores. His igitur et alijs ex presenti processu et ins-  
tancia supplicationis attentis et resultantibus et alijs pro  
nunciamus sententiavimus et declaramus bene fuisse sup-  
plicatum pro parte Dr. Ferdina & Portugal & Beatri-  
cis & Ues et de Cascant a dicta Sententia lata per nos-  
trum Locumtenentem Generalem Regni Valentia die  
to die vicesimo nono Julij anni millesimo quingen-  
tesimo septuagesimo et minus bene cum ea pronun-  
ciatum et declaratum intentionem dicti Dr. Petri Ma-  
ca olim Dr. Joannis Alaca esse fundatam et Jure pro-  
cedere et locum habere quoad dictum Locum Fontis de  
la Figuera; et reformando dictam Sententiam in melius,  
declaramus dictum Locum non fuisse in bonis dicti  
Dr. Petri Alaca Barbati testatoris tempore eius testa-  
menti vel mortis, nec fuisse comprehensum in Idem:  
missio per eum apposto in eius testamento, sed uti  
liberum et exemptum ab eo fuisse per dictum Dr. Petrum  
Alaca Juniozem eiusque heredes et Successores posse-  
sum Domnam Margaritam & Doña tutuam et Au-  
rativem personam et bonorum Domna Anna & Por-  
tugal filia et heredis Dr. Ferdina & Portugal et Beatriam  
& Ues et de Cascant absolvendo pro ut cum presenti ab-  
solvimus pro illarum interesse ab impetris per dictum  
Dr. Petrum Alaca olim Dr. Joannem Alaca eum quo

ad partem in dicto loco eas contingentem perpetuum silen-  
tium imponendo pro ut cum presenti imponimus salvo ta-  
men et reservato Jure si quod dicto Dr. Petro Alaca auto-  
ri competat recurrendi et recuperandi dictum Locum Fontis  
& la Figuera in virtute Instrumenti gratia relati in  
scriptura facta per eum in presenti processu produc-  
ta non obstantibus pretensis desertionibus et quibus-  
vis exemptionibus nullitatum et alijs per dictum  
Dr. Petrum Alaca olim Dr. Joannem Alaca appostis  
protonis et allegatis in presenti processu que locum  
non habent; in quantum vero presens nostra Sen-  
tentia cum dicta Sententia nostri Locumtenentis Gene-  
ralis concordat eam confirmamus. In quantum ve-  
ro discordat eam in melius commutamus et refor-  
mamus neutram partium in expensis ex causa  
condemnando sed pro distractis executionem fieri man-  
damus = Dr. Bernardus Vicecancellarius = Vicarij epis-  
copus vrigellensis = Vicarij Campus Regens = Vicarij Terza  
Regens.

Jure pronuntiata dicta Sententia per el Sacro Supremo Consejo  
& Obregon y publicada por Pedro Trunquera Ess<sup>no</sup> de Uas =  
amiento y de los Autos en 3 de Septiembre 1574.

Sentencia q. se dio en el supremo Consejo de Aragón  
en el proceso de duplicacion por D.<sup>a</sup> Margarita e Doña  
Teresa i Curadora de la D.<sup>a</sup> Ana de Portugal reñida,  
en q. se declaró contra D.<sup>o</sup> Pedro Marza, olim D.<sup>o</sup> Juan  
Marza, q. las villas de Monnerax, Chimora, i Tuerta de  
la Higuera, no fueron comprehendidas en el vincu-  
lo de D.<sup>o</sup> Pedro Marza el Barbudo, ni de la Batalla; im-  
poniendo le perpetuo silencio en esta parte. Dada  
~~en~~ publicada a 3. de Sept. de 1571. por Pedro Franquesa  
Canc.<sup>o</sup> e mandam.<sup>o</sup>

*[Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]*

